

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Urkunden und Akten der Stadt Strassburg

Privatrechtliche Urkunden und Amtslisten von 1266 bis 1332

Schulte, Aloys

Straßburg, 1884

1268

[urn:nbn:de:bsz:31-326716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326716)

civis Argentinensis dicti Westerman, protestamur scripto presenti, areas ante monasterium domine nostre, in quibus moratur Heinricus Philippi apothecarius, et contiguam domui sue locatas pro 100 solidis, item domos et areas under den vütereren juxta domum dicti Capuchz¹ et alias locatas pro 6 libris et 2 unceis, item bona in Wolvesheim videlicet 21 agros frugiferos divisos contra totidem, quos possidet dominus Reinboldus Virnekor junior, cum stallo molendini et jure patronatus capelle in dicta villa site eisdem *Johanni* et *Reinboldo* communibus pro indiviso, que omnia Agnes, relicta quondam Gerhardi, fratris predicti Johannis, titulo dotis vel propter nuptias donationis possidet, ad sepedictum dominum Johannem solum ex successione prefati *Gerhardi*, fratris sui, in totum jure hereditario devoluta. intendens igitur memoratus Johannes sue salutis et prefati *Gerhardi* necnon parentum ipsorum omnia et singula superius memorata cum plenitudine juris, quo ad eum devoluta sunt, fratribus predicatoribus in Argentina libere dedit jure domini, tradidit et assignavit, ut jam proprietatis domini constituti, salvo jure dotis dicte Agnetis, ipsam vendant vel statim vel postquam usufructus a prefata Agneti fuerit absolutus, secundum quod paciuntur dicti ordinis instituta. in premissis autem donationis testimonium presenti scripto sigilla nostra duximus appendenda. ego Johannes prefatus omnia et singula prenarrata et expresse, quicquid dicta Agnes titulo dotis possidet nomine fratris mei defuncti, fratribus predicatoribus in Argentina eo jure, quo ad me pertinent, do, trado et assigno donatione libera et penitus absoluta, in eorum evidentiam sigillum meum presentibus appendendo. ego Agnes predicta fateor omnia superius memorata me dotis titulo possidere ex assignatione Gerhardi supradicti, quondam mariti mei, et proprietatem eorum jam ad dictum Johannem meum sororium devolutam, et hec presentibus litteris recognosco. actum et datum anno domini 1268, nonas aprilis.

Aus Strassb. Thom. A. lad. Dominic. 3. or. mb. 3 c. sig. pend. (erhalten nur das der Stadt).

Schiedspruch.

12. Questio inter abbatissam monasterii s. Stephani ex una et Dinam relictam Dietrici olim sacriste ibidem ex parte altera super bonis Dietrici taliter per Conradum de Talmezsingen archidiaconum eccl. Arg., Bertholdum de Tirliszdorff canonicum monasterii supradicti, et Nicolaum militem dictum Zorn est sopita, quod proprietatis bonorum ad monasterium, usufructus vero reddituum 5 quartalium et domus in parrochia s. Stephani site in vico, cujus caput est domus dicta zûm birbôm, ad relictam pertineat pro tempore vite ejus. sigilla arbitratorum sunt appensa. actum a. d. 1268, feria 2 post octavam b. Johannis baptiste. **1268 Juli 2.**

Aus Strassb. Bez. A. H 2865 Copialb. v. s. Stephan s. XV fol. 96. cop. chart.

Verkauf.

13. Adelheidis priorissa totusque conventus monasterii s. Agnetis e. m. A. domum suam cum area, que dicitur ad nasum in aqua, ipsis donatam a Heilwigi, quondam uxore Friderici dicti Cleinegedankes, et Agneta, filia ejusdem, consortibus ipsarum monialium, vendiderunt proprietatis titulo possidendam Ebelino de Hornberg, civi Arg., pro 32 marcis argenti. sigilla priorisse et conventus sunt appensa. «actum et datum a. d. 1268, sabbato ante Adelfi, presentibus Nicolao fratre Reinboldelini, et Johanne theloneario, et Hugone filio ejusdem dicto Wizbrôtelin, et Friderico Pfaffenlab, et Hugone faber.» **August 25.**

Aus Strassb. Bez. A. H nr. 3117. or. mb. c. 2 sig. pend.

¹ Vgl. *Str. G. u. HN. S. 96.* ² *Ebelin von Hornberg und seine Gattin Sophia schenken dem Kloster den genannten Hof, ein Haus ans döben graben bi der ziegelschüren und Güter zu Vendenheim, die sie als Leibzucht zurückerhalten gegen einen Zins (2 Schill.). Ihre Jahresgedächtnisse wird das Kloster begehnen. 1271 November 10. Or. ebendasselbst.*